Mythologia, Venise, 1567 - X [48] : De Pane

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Mythologia, Francfort, 1581 - X [48] : De Pane *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre V

Mythologia, Venise, 1567 - V, 06 : De Pane *a pour résumé ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

Mythologie, Paris, 1627 - X [48] : De Pan *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

Mythologie, Lyon, 1612 - X [48] : De Pan *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - X [48] : De Pane, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 18/09/2025 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/996

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination296v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesPan
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

fieri poſſe crediderit ſine Deorũ nutu ortũ & interitũ. Nam cũ hæc prior homines docuiſſet, quaſi res conſiliaque diuina ad nos detuliſſet, Deorũ nuntius creditus eſt. Quæ pertinent ad vim orationis exprimẽdam huic Deo dicatæ prætermitto, cum natura ipſius planetæ, ſuo loco legendam.

De Pane.

CVM vellent rurſus demonſtrare antiqui omnia naturalia corpora diuinæ naturæ ſubiici, & ab illa pro ſua voluntate gubernari, Pana Mercurii filium tradiderunt eſſe. Eſt autem Pan hæc vniuerſa corporum naturalium moles, velut ipſum nomen ſignificat, in qua diuina humanis coniunguntur, quod exprimebant per ſuperiorem formam Panos quæ pulcherrima erat, & Diis ſimillima; cum inferior magnopere eſſet deformis ob in inferiorũ corporum naturalium ſordes, quæ ſunt tanquã hypoſtaſis naturæ. Reliqua quę pertinent ad explicandam corporis formam, ſuo loco legenda relinquimus, vbi latè declarata ſunt.

De Silenis.

ENIMVERO non ſolum rebus humanis præeſſe Deos ſtatuerunt fabularum inuentores, & ſub hiſce occultandæ philoſophiæ artifices; ſed etiã alios ex Diis potentia & autoritate aliis pręſtare crediderũt, ita vt vnus Iupiter rebus omnibus ac dæmonibus præeſſet, alii dæmones imperia in certa vel loca vel negotia obtinerent, qui & ipſi alios inferiores dæmonas haberent miniſtros. Sic igitur Sileni Bacchum, vt miniſtri, ſequebantur; qui cum Bacchus eſſet ſol creditus, Sileni vires ſolis erant animalibus perutiles.

Ethicè.

Ebrietatis turpitudinem pręterea ante oculos proponentes, Silenum vim .ſ. vini & ebrii hominis formam, expreſſerunt. Illum igitur ventricoſum, & ſenem, & vſque titubantem finxerunt, quòd hæc omnia vinũ & ebrietas efficiat. Nam qui plus voluptatibus, quàm natura poſtulet, tribuerit, is & in præſenti & in poſterum corpus & animũ omnibus rebus vel vtilibus vel honorificis inutilem reddit: quare propoſitis his incommodis maiores per hæc figmenta ab immoderato vini vſu, & ab omni è vino naſcente turpitudine deterrebant.

De Faunis.

VT vero retinerentur homines in officio, omneſque forent probitatis & integritatis ſtudioſi, & Faunos, & Syluanum, & Oreades Nymphas antiqui ſapientes excogitarunt, qui vbiq; paſtoribus & agricolis præſto eſſent, agreſtiumque calamitates aliquantulum ſubleuarent: nam cum nihil in agris, vel in ſyluis, vel in denſis montium nemoribus non præſente vbiq; Deo cõmitti liceret, mox additum fuit illi opinioni viros bonos laborantes nullo in loco à diuina clementia negligi, ſed vbique ſubleuari. Quippe cum neq; arborum neque pecudum fœtus poſſent ſine diuina cuſtodia conſeruari aut augeri.

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/996?context=pdf